

Eucharistia panis post labores datur & ad laborem excitat.

Joseph.

153.

Exod. 16. Die vacua laboribus non datur manna.

Caes. Arel.

condita, cur ancillae prius non se reficiunt an- requam ad praelii laborem assurgant vocantes ad arcem, & ad moenia civitatis, ad pugnam nempe; quia non prius Eucharisticus panis percipiendus, quam labor praemissus non dignos faciat tam salutem feram aimento, sed cur peracto certamine non apponitur mensa, sed ante illud initium, cur mensa apponitur in laboris conspectu; quia maxime nos potest excitare ad omnem laborem sustinendum pro suavi ate ejus gustanda, ut de Machabaeis ait Joseph. *Uti videlicet major bellantium esset instantia, si non pro victoria tantum, sed pro poculis pugnaretur.*

Sex diebus manna de caelo affluebat, die vero septimo non descendebat. Septima enim die vacabant Hebraei ab omni opere. *Sex diebus colligitur: die autem septimo sabbatum est Domini, idcirco non invenitur.* Exod. 16. n. 26. Manna panem Eucharisticum representabat, qui laborantibus & non otiantibus porrigitur, inde in die, qua Israelitae erant vacantes ab omni opere tanto defraudabantur bono, quod laborantibus praeparatur. Caesarius Arelatenf. homil. 7. de Pascha favet nostrae cogitationi. *Dies ista, ait, id est dies primus caelestis panis fraude mutilatur.* Dies septimus in quo vacatur ab omni opere, caelestis panis fraude mutilatur.

QUESTIO XX.

Quare ait Dominus, dabo edere de ligno vite, & non potius vendam, vel reddam?

154.

Matth. 5.

Joan. 12.

Joan. 17.

Promittens accommodat se suo statui.

IN limine quaestiois dubitabis, cur Christus Dominus hic directe, ac expressè se promittit praemiatorem; *Vincens dabo.* In Evangelio autem indirectè, & per tertiam personam; Matth. 5. num. 3. *Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati mites, &c.* Joan. 12. num. 3. *Si quis mihi ministrat, me sequatur, & ubi ego sum & minister meus erit.* Joan. 17. n. 24. *Pater quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi.* At hic expressè, & directe ait, *vincens dabo.* Respondeo 1. hoc fecit Dominus ob magnam suam modestiam & humilitatem, quam semper ostendit, dum ageret in hac mortali vita. 2. Dominus in hoc mundo degebat in forma servi, & humilis, & voluit se huic statui accommodare, ac proinde noluit ut supremus Rex, ac Dominus promittere. 3. Ut spes nostra esset firma, Nam si egenus, & multa mala patiens in hoc mundo promitteret regnum & aeternam felicitatem, alicui dubitanti poterat venire in mentem, & illi respondere: *Medice cura te ipsum.* At modò cum has promissiones faciat regnans in caelo plenus omnium bonorum, nil est quod dubitemus de veritate illorum, quae nobis pollicentur.

155.

Ad quaestionem & primò. Magnae, & incomparabiles sunt divitiae, quae nobis in altissimo Altaris sacramento communicantur, ita ut dicat Concilium Tridentinum, quod in ea

ostendit Christus divitias sui amoris. Si ergo hoc sacramentum tam magnus, & amplus thesaurus est, quomodo ait Christus dabo non autem maximo precio, & incomparabili vendam; ut cognoscamus Christum Dominum in dando Eucharistico ligno liberalissimum, ac munificentissimum esse; ut observavit Albert. Magn. *Dabo edere gratis, non vendam, quia dator sum liberalis.* Et Richard de S. Laurent. lib. 12. de laud b. B. Mariae tit. 9. *Maria, ait, Cypressus sub sine carnem suam esibilem dabit, nota dabit, non vendet, contra eos, qui vendunt parvo pretio, quod est impretiabile.*

Secundò At, *Vincens dabo edere de ligno vite.* Cur non dicitur *vincens dari praemium* tanquam debitum, sed absolute dari tanquam gratis? Cur aliàs v. d. debetur ut merces ex iustitia, 2. Timoth. 4. num. 8. *Reposita est mihi corona iustitiae.* Dicendum ergo erat *vincens reddam lignum vitae* Ut in parabola de vinea, ait Dominus procuratori suo: *Voca operarios & redde illis mercedem.* Matth. 20. n. 8. Adverte quod Beatitude dicitur dari gratis, & dari ut corona iustitiae in diversa consideratione. Datur gratis ratione primae gratiae, quae est radix totius meriti, gratis à Deo confertur, unde dicitur Psalm. 58. numer. 11. *Misericordia eius praevenerit me.* Tamen ratione meritorum est corona iustitiae; meritum autem est actus bonus à nobis gratia elicitus, cui ex pacto beatitudo debetur, bene ergo dicitur; *vincens dabo edere de ligno vite* quia beatitudo gratia est ex divina misericordia; & corona iustitiae ex intuitu meritorum. Quod praclare, ac late docet D. August. Epist. 105. quae est ad Sixtum Presbyterum. *Cum Deus, ait, coronat merita nostra, nihil aliud coronat, quam munera sua; nec enim frustra Deo cantatur; Misericordia eius praevenerit me.* Psalm. 58. Et misericordia eius subsequetur me. Psalm. 22. *Unde & ipsa vita aeterna, qua meritis praecedentibus redditur, tamen quia eadem merita, quibus redditur, non à nobis parva sunt per nostram infirmitatem, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur.*

Tertiò Rupertus lib. 2. in Apocalyp. *Sapè autem is, ait, qui necdum vicit, id est, qui poenitentiam non egit, de hoc ligno vite, quod est in paradiso Dei, manducet corpus, & bibit sanguinem Domini. Non illi dat Christus, sed ipse rapit, & ideo iudicium sibi manducat, & bibit.* Maxime est expendendus dicendi modus, non ait; *Vincens manducabit, seu reficietur; sed ait vincens dabo.* Ac si in eodem victoria cu usque, quod non ipse sumat, sed à Deo accipiat caelestem cibum: ei enim Deus dat, qui per poenitentiam, & contritionem disponitur, ut dignè mereatur accipere, ille autem rapit, & non expectat dari sibi laetitia epulum, qui indignè accedit, & hic iudicium sibi manducat, & bibit.

Intes multos unus accubebat divina mensa: *Vidi Rex ibi hominem non vestitum veste nuptiali; & ait illi: Amice, quomodo hic intrasti non habens vestem nuptialem.* Matth. 22. num. 11. & ideo iussit hominem pedibus, ac manibus ligatis, *mitti in tenebras exteriores.* Et in quo non habebat vestem nuptialem, ex quo in tantam poenam devenit, quia ipse intravit, non introducente cum Rege, & qui

Christus liberalissimus in dando Eucb. rija.

Alb. Magn.

Richard.

156.

2. Tim.

Matth. 20.

Beatitude gratis rati.

caliter in tur, formatur ex me.

ris ut canna.

Psalm. 58.

D. August.

Psalm. 22.

157.

Rupert.

Eucharistia panis à Deo dandus & non praeripiendus.

158.

Matth. 22.

Nullus rapit caelestem panem, sed expectet sibi à Deo dari. D. August. non expectat à Rege introduci in convivium per nuptialem poenitentiae vestem is rapit caelestem cibum, & iudicium sibi manducat, ut inde praecipitur in aeternum exitum, ad quod alludit D. Athanas. q. 45. *Quis erat, ait, is, qui non habebat vestem nuptialem? Iudas, & qui quemadmodum ipse in sancta ministeria se se indignè ingerunt.*

QUESTIO XXI.

Lignum vitae explicatur de Christo, prout est in Ecclesia, ei sua dona communicante, vel de cruce ejus.

159.

Gen. 2.

Proverb. 3.

Proverb. 11.

160.

Quid sit lignum vitae in presenti

161.

Richard. Beda.

Homo per gratiam gustat de ligno vite, hoc est, Christo.

162.

D. Ambrosius.

Fichius.

D. Hieron.

Cruce corona.

D. Paul.

163.

Cruce dat vitam, & destruit mortem.

Lignum vitae posuit Deus in medio paradisi, Genes. 2. num. 9. ut qui ex eo comederent, semper viverent. Inde per metaphoram, quicquid nobis praebet vitam immortalem, lignum vitae vocatur: sic Proverb. 3. num. 18 de sapientia dicitur *Lignum vitae est sapientia, qui apprehenderit eam, & qui tenuerit eam beatus.* Et cap. 11. num. 30. *Filius iusti lignum vitae.* Quia iustus suis verbis, ac operibus, alios ad vitam provocat, ad eamque eos adducit. Sic etiam sumitur cap. 15. num. 4 & cap. 13. n. 12. Paradisus autem terrestris figura fuit caelestis Dei in qua est suavitatis, & dulcedo omnium spirituum valium bonorum.

Lignum autem vitae in presenti est id, quod nobis vitam immortalem confert in paradiso Dei, id est, in Ecclesia sive militante, sive triumphante. V. rie exponitur. In Ecclesia militante est ipse Christus ei communicans suam gratiam, ac dona, vel prout est sacramentaliter praesens in altaris mysterio, vel etiam ejus crux, ut à multis exp. nitur. In Ecclesia triumphante seu patria est ipsemet Deus clarè visus, de quibus omnibus, dicam hac quaest. & duabus sequen. ibus.

Primò Richardus de Sancto Victore, & Beda per lignum vitae intelligunt Christum, qui in Ecclesia paradiso omnibus proponitur fructus. Sic ait Richardus *Lignum vitae Christus est, qui suis electis semetipsum participando per gratiam vitam aeternam praebet.* Tanquam si sensus sit, qui di. bolum vincit, manducabit de ligno vitae, quod in paradiso est, quia suavitatis, ac dulcedine Christi satiabitur; modò verò per participationem gratiae; postea verò post visionis beatificae participationem.

Secundò D. Ambrosius lib. de iis, qui in initiantur myster. cap. 3 & serm. 2. E. chius n. c. 14. Levit. D. Hieron. in cap. Joëlis: per lignum vitae crucem Christi intelligunt. Sed ut haec sancta crux quòum vincens promittit? Victor aliqua corona debetur, nam apud omnes ferè nationes victores coronam donabantur. Et ideo crux, quae praecleara corona est victori tantum datur. Quod innuere videtur S. Paulinus Nolanus, dum pie canit Epist. 12.

Sanctorum labor, & merces sibi rite coherent, Adua crux, praetiumque crucis sublimè, coronat. Deinde lignum crucis, largius, ac fecundius dat, & communicat vitam quam arbor illa in paradiso eodem plantata, ut ait Diogo Ho-

stensis lib. de sacramento Dominicae Passionis, Drogo H. ubi sic ait. *Quis ergo amplius crucem timeat? In cruce enim pendet omnis fructus vitae, quia ipsa est a bor vita, quae est in medio Paradisi.*

Hoc maxime nobis declaravit Pater Elias, cum filium viduae Sareptanae revocavit in vitam. *Expandit se atque mens, ut est super puerum tribus vicibus, & clamavit ad Dominum, & ait Domine Deus meus, revertatur obsecro anima puri huius in viscera ejus. Et exaudivit Dominus vocem Eliae: & reversa est anima pueri intra eum, & rev. x. Multi Interpretes cum Caetano advertunt, qui ait, *Hoc est primus**

moriturus, qui ab initio mundi resuscitatus est. 3 Reg. 17. n. 21. Magnum, & altum mysterium est, quod dum Iar. ns. Elias vult primum mortuum ab orbe condito suscitare, expandit se super puerum. Cur non potius elevat oculos in altum: extendit manus in caelum, ut Moyses, vel procumbit super terram, ut Davie, vel genuflexus orat, cur ergo modo insolito expandit se super puerum? Hoc cum praestat magnus Elias, caput suum super caput pueri, pedes super pedes illius posuit, manusque suas super manus pueri extendit, expressit in cruce figuram delineans, & ad hoc clarè denotandum tribus vicibus praestat; & cur in primo mortuo suscitando crucis forma imponitur: Primus de morte ibi ostendebatur triumphus, & inde crucis pompa fit, quia virtute huius signaculi mors excludatur, & vita in toto orbe introducebatur, & ad hoc respicit etiam D. August. serm. or. de tempor. dum explicat quod

Elas tribus vicibus in cruce super puerum; & tandem subdit. *Denique hoc etiam in sacramento baptis. maris demonstratur, dum tertia vice vetus homo mergitur, ut novus surgere mereatur.*

Cum Abrahamus vellet ascendere montem ut ibi filium suum Isaac igne conuendum Deo offerret in holocaustum; ait ad pueros suos: *Expectate hic: ego & puer illuc usque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos.* Gen. 22. numer. 5. Cur bone fenex de filio asserit, quod tecum etiam ipse revertetur sit; quem gladio, ugulari, & igne conuim praeparas? Unde tibi revertentis filii incolumitas subit in mentem? Subdit textus immediatè. *Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum.* Ubi ergo Isaac sub ligno nempe crucis typo apparuit, suae incolumitatis apertissimum exitit argumentum cum cruce Dominicae lignum appareret nil citius ab eo p. odit, quam securissima vitae firmitas. Pro. uo ait Iu. ius Firmicus, Mater lib. de e. rore Prophanæ Relig. cap. 2. *Divini, ac liberantis ligni oramem a. sec. De caelestis humanum genus arca lignea liberavit. Deinde Abraham ligna unci filii humeris imponit.*

Caetanus.

Reg. 17.

D. August.

164.

Genes. 22.

A cruce Domini ita auspicium

Firmicus.

QUESTIO XXII.

Explicatur lignum vite de visione beata, & quomodo ad ipsum invitatur homo, cum ad ejus custodiam adsit Cherubim cum flammeo gladio.

165. Andreas. Viegas. Corn. Ribeira. Andreas Casar. & communiter Recentiores, Viegas, Cornelius à Lapide, Ribeira, & alii. Lignum vite interpretatur visionem, ac fructum nem Deum cui annexa est immortalitas, ac immarcescibilis vita. Et dicitur; Vincenti dabo edere, per contemplationem, ac fructum, de ligno vite; id est, de Divinitate beante, glorificante, ac aeternam vitam conferente.

166. Ex quo intelliges, cum hic vincenti non promittitur in primum palma, vel corona, sed elus; quia frequenter beatifica visio tam hoc loco, quam aliis elui, & potui comparatur; ut Plal. 35. n. 9. Torrente voluptatis tua potabis nos. Et Lucæ 22. n. 29. ait Christus suis discipulis Ego dispono vobis, sicut disposui tibi Pater meus regnum: ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Nam sicut materialis cibus reficit, & satiat appetitum, sic per analogiam excellentissimo modo dicitur quod illa cœlestis visio reficit, satiat, ac adimplet omne nostrum desiderium, ac gaudium Cardinalis Hugo aliam assignat rationem, quia qui vincit pugnat, pugnantem vero solet esurire, & sitire: Recte ergo ei promittitur refectio, ac saturatio juxta i. lud Math. 5. n. 6. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

167. Sed quomodo lignum vite promittitur in primum vincenti, cum omnes sciamus viam hujus ligni esse custoditam flammeo ense. Collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, & aque versatilem ad custodiendam vitam ligni vite. Gen. 3. n. 24. Quis non timebit Cherubim armatum; quis audebit et impere per medias flammam, quis per ignitos gladios ingredietur? Respondet Rupertus, Primis hominibus, ait, quia corripienti Deo non acquieverunt: sed peccatum suum excusarunt, lignum vite interdictum fuit. Gen. 3. Recte modo penitenti aditus ad lignum vite repromittitur, quod est ipse Christus. Quod relationi, ac vanitati in primis parentibus est interclusum, hoc humilitati, ac penitentiae aperitur in Christo, quod vanitas perdidit, hoc penitentia cum humilitate obtinet.

168. Secundò ad idem elim falso proposito premio, Eritis sicut dii, nullis difficultatibus impeditus est homo, ut ad lignum vitium manus extendat; nunc verò & magno objecto premio alligitur, ut nullis difficultatibus retardetur; etsi flamma prohibeat, & per ignes, ac vulnera eundem sit; tamen propositum premium facit, ut gladius flammæ ac spiritus armati despiciantur, & ut omnia difficulta generosè contemnantur, nulla est enim difficultas, cum propositum premium allicit, & movet. Ait Isaías 40. n. 10. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium ejus dominabitur, ecce merces ejus coram eo, & opus illius coram illo. Septua-

169. ginta aliter legunt; Ecce merces ejus cum eo, & opus in conspectu ejus. Apparet Dominus cum mercede laborum, ecce statim opus ejus ab eo præceptum ac mandatum, quamvis alias difficile, adimpletum, ac executioni mandatum apparet in conspectu. Quis enim mercedem Jesu videat & operi Jesu non iustet. Pulchre ergo dicitur; Merces ejus cum eo, & opus in conspectu ejus. Ex mercede vita accenditur desiderium, ut superato omni impedimento quodlibet opus compleat, & sit in conspectu.

Vidit Joseph circumstantes manipulos fratrum adorare manipulum suum; Deinde aliud somnium refert. Vidi per somnium quasi solem & Lunam, & stellas undecim adorare me. Gen. 27. n. 9. Ad quid pertinent tot somnia manifestata Joseph, quæ majoris odii, ac invidiæ seminaria extiterunt. Ad quid ergo hæc odii fomenta ei aperiantur, alta Dei providentia ordinabatur Joseph ut vehementi laborum procella premeretur, ut nempe tanquam captivus à fratribus venditus duceretur in Egyptum, ibique impudica feminae importunitatem sustineret, ac ut tandem in carcerem dejectus ferreis vinculis attingeretur; ad hæc ergo suprema dignitate, ac aliorum adoratione tanquam præmarmatur, ne infamiam procellæ fluctibus succumbat, objecta enim præmia in visione oportuna erant auxilia in omni ærumna, ac labore, quomodo timeret captivitatem ad cuius pedes ceteri inclinandi erant eum adoraturi? Quomodo refugeret lascivæ mulieris insectationes, quem regia sidera venerabantur? Quomodo carcerem formidaret, qui ad clavum regni destinabatur? Quomodo vincula recusaret, qui imperialibus fasciis se circumcingi videbat, tam certa spe munitus tot procellarum fluctibus inoffense enavigavit. D. Cyrill. apud Lippoman. Sic igitur Deus juveni Joseph per somnia significabat illum aliquando clarissimum, & fratribus suis longè præstantiorem fore, & aique ita eum ad virtutes, atque ad meliora provocabat, quemadmodum hi, qui prædicta athletis proponunt, facere solent.

Ait Christus D. suis Discipulis Luc. 12. 32. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum; vendite quæ possiditis Durissimum quid præcipiebatur homini plena nempe omnium suorum bonorum abnegatio, & dum hæc tam ardua mandabantur, non dicuntur gigantes, vel fortes viri, sed pusilli, de quibus Petrus ait. Quasi modo genitii infantes, lac concupiscite. Epistola 1. cap. 2. num. 2. Infantes, ac pusillos bene invitat ad lac; quomodo ergo Divinus Magister non ad lac, sed ad virtutum difficulta convocat, proponebat eis ante oculos premium cœlestis, nempe regnum, & hoc sufficiens erat, ut contempta omni difficultate durissima appetere. Chrysolog. serm. 25. Auset, ait, spes anxias, omnem excludit irrem, quando in exortatio ipso regnum nascentibus pollicetur.

170. Luc. 11. 171. D. Pasch. 172. D. Pasch. 173. D. Chryf. D. Bernard. Sacre Eucharistia multa eligia.

QUESTIO XXIII.

Lignum vite de Eucharistia Sacramento explicatur.

171. D. Pasch. Lignum vite Corpus Christi significare aperte docet D. Paschal. lib. de corpore, & sanguine Domini cap. 9. ubi sic ait: Sicut fuit arbor vite in Paradiso, ita sancta Ecclesia Dei, quæ Paradisus deliciarum in Canticis appellatur, habet in se mysterium vite, quod in eodem ligno figuratur. Ex quo, qui edunt servantes mandata vite, nequaquam possunt mori in æternum. Quod etiam docent D. Chryostomus homil. de penit. & hic D. Bruno Astenf. Rupertus, D. Bernard. D. Bonav. in Plalm. 1. Valde appositè Sacra Eucharistia per illud lignum terrestris Paradisi significatur: nam tale lignum multam virtutem habebat, non solum ad vitam hominis conservandam, sed etiam perpetuandam quodam immortalitatis bono, inde rectè Eucharisticus cibus per illud figuratur, hic enim vitam spiritualem conservat, & eum comedentem immortalem efficit.

172. D. Pasch. dubitat tamen ipse Pasch. citato l. de corpore, & sanguine Domini c. 7. Quomodo hic à Domino dicitur: Vincenti dabo edere de ligno vite; quod est in Paradiso Dei mei. Per quod quid suavissimum & dulcissimum significatur; cum tamen de ipso pane Eucharistico loquens Isaías 30. num. 20. ait: Dabis vobis Dominus panem arctum, & aquam brevem. Septuaginta habent; Panem tribulationis, & aquam angustiam. Seu ut est in Hebræo: Panem angustiam, & aquam oppressionis. Quæ sic explicatur à D. Cyrillo Alexand. ibi. Panis igitur, & aqua vivifica, Christus est. Si ergo panis Eucharisticus ab Isaia appellatus panis arctus, sive tribulationis, & angustiam, quo nomine nihil tristius, aut insuavius dici potest: quomodo à Domino lignum vite asseritur, quo nihil suavius, dulciusve excogitari valet: facile solvitur nodus, si dicas ad Eucharistiam suavitatem ac dulcedinem, non aliter nisi per labores, ac angustias, carnis scilicet mortificationem ac oppressionem perveniendum esse. Ita D. Cyrillus in locum Isaia, qui postquam dixit Panis igitur, & aqua vivifica Christus est. Subdit: Sed cum labore & sudore invenitur, magna enim bona, & eximia non percipiuntur ab iis, qui jacet, & delinquant. Quod sensu & verbis dixit etiam Chryostomus homil. 7. in Matth. lacrimas manducare non possumus, nisi steterimus, corpus Christi accipere non valeamus.

173. Quam magna, & alta sine, quæ nobis promittantur à Christo in Eucharistico Sacramento, cum ait. Vincenti dabo edere de ligno vite. Præclare explicat D. Bern. Senens. cum ait. Illud Sacramentum, quod promittit nobis dare, est roborativum virtuositate, propter hoc dicit, vincenti: communicativum liberalitate, quia dabo refectivum satietate, quia edere, vivificativum, quia de ligno vite: delectativum suavitatem, in Paradiso Dei mei. Quæ omnia pro hujus majori explanatione sigilla sunt expendenda sunt.

174. Roborativum virtuositate, propter hoc dicit, Vincenti: ac si ab odore hujus Sacramenti jam sit homo victor, & vincens hoc Sacramentum dat invictum robur, & fortitudinem. In spiritu postulabat David: Ut videam voluptatem Domini & visitem templum ejus. Plalm. 16. n. 4. D. August. ex Septuaginta legit: Et protegar à templo ejus. Per Ecclesiæ Sacramenta explicat Chrysopolitanus Archiep. sc. præsertim corporis Christi ut interpretatur Cassiodorus. Propheta, ait, postulabat protegi à Christi corporis templo, unde & firmitatem fidei, & invictum robur defensionis accipiat. Ait idem Regius Vates Plalm 110. n. 5. Escam dedit timentibus se. Qui locus communiter de sacra Eucharistia interpretatur: in Hebræo legitur, prædam dedit; quæ propriè victorum est, qui hoc Sacramento reficitur, prædam ac signum victoriæ, ac triumphus habet.

175. Secundò Communicativum liberalitate: De hoc divino Sacramento decantat Regius Vates Plalm. 77. n. 16. Et deduxi aquam de petra: & deduxi: tanquam flumina aquarum. Ubi sermo est juxta multos de hoc Eucharistico Sacramento. Sed cur affluentia Altaris, mysterii typo fluminis declaratur? cur non potius torrentis, cum aquæ flumina, ac torrentes copiosis, ac largis turgeant imbribus. D. Isidor. lib. 13. Etymolog. cap. 21. Fluvius, ait, est perennis aqua: un decursus à fluendo perpetui dicitur: dicitur autem torrentis, quia pluvia crescit, siccitate torrefcit, cui Græci ab hyeme nomen dederunt: illi à tempore, quo succrescit, nos à tempore quo siccatur. Prævidit Propheta insufficientem affluentiam bonorum ab hoc divino Sacramento, inde abstinuit à combinatione cum torrente, qui temporariè fluit, & aliquando deficit, & siccatur. Sed comparisonem posuit cum flumine, qui semper pleno gurgite labitur: copia enim donorum in hoc Sacramento insufficienter perenni, ac pleno decursu in nos tendit, & derivatur, ut nos summè repleat, ac divites faciat: unde de hoc Sacramento loquens Isaías 33. num. 21. Solummodo ibi magnificus est Dominus noster: quia ibi ostendit totam suam magnificentiam, & amplitudinem, ut latè explicavi tom. 3. in Evangel. cap. 36.

176. Tertio Refectivum satietate, quia edere. Reficit, & satiat omnem nostram voluntatem hoc Divinum Sacramentum. Ait David Plalm. 144. num. 16. Aperisti manum tuam, & implem omnia animal benedictione. Omne animal scilicet rationale variab. Pagnin. Saturas desiderium omnium ad voluntatem, tanquam si dicatur, quod se extendit in Eucharistia Dei liberalitas, ad quæ se extendit hominis voluntas, & ultra in infinitum.

177. Quarto Vivificativum, quia de ligno vite. Ait anima sancta in Cantico. 1. n. 13. Botrus Cypri dilectus meus mihi. Hebraicè: Botrus balsami, cujus effectus est à corruptione servare. Inde rectè Christus botrus balsami dicitur, quia à corruptione servat, & immortalitatem dat. Ego resuscitabo eum in novissimo die. Joan. 6. num. 40. Unde meritò Concilium Nicenum hoc Sacramentum appellat symbolum resurrectionis. Et D. Ignatius Epistol. 114. Pharmacia cum immortalitatis. Christus est ipse vita, & mors exterminatio. Dicit Martha ad Iesum Dominum si fuisset hic, frater meus non fuisset mortuus.

174. Plalm. 26. D. August. Cassiod. D. Chryfop. Eucharistia protegit & da victoriam. Plalm. 110. Heb.

175. Summa Dei liberalitas in Sacramento altaris.

176. Eucharistia satiat, & reficit. Plalm. 144. Variab. Pagnin.

177. Cantic. 1. Hebraic.

178. D. Ignat.

179. D. Ignat.